Georgius

GEorgius capadocus tribunꝰ ⁊ verus xp̄i miles hoc tp̄e. Cū veniſſet de capadocia ī perſidā ciuitatē dyoſpolim velut alter curciꝰ romanꝰ ⁊ codrꝰ athenienſiū rex ꝓ patrie ſue liberatiōe ſeſe īternitiōi ad draconis occiſionē ⁊ martirij tollerantiā dedit. Quippe interfecto dracone pꝰ eculei extēſionē totiuſq̧ corporis laceratiōꝫ ⁊ viſcer̄ effuſionē. nec nō ⁊ alior̄ tormētor̄ ꝑpeſſiōꝫ. ad vltimū martiriū capitꝫ abſciſiōe cōpleuit. Cuiꝰ geſta licet inter apocriphas ſcripturas ponāť ipiꝰ tn̄ illuſtriſſimū martiriū inter coronas martir̄ dei eccl̄ia venerabiliter honorat. qḋ etiā Ambroſiꝰ atteſtať qui ſcribit Georius fideliſſimꝰ xp̄i miles. dū xp̄ianitatis ꝓfeſſio tegereť. ſolus inter chriſticolas dei filiū cōfeſſus eſt. Cui et tantā fidei cōſtantiā diuīa gr̄a cōceſſit. vt tyrānice poteſtatis p̄cepta cōtemneret. Et innumerabiliū nō formidaret tormēta penar̄ huiꝰ incliti martiris caput cū poſtmoduꝫ venecijs delatū fuiſſet. in eius honore monaſteriū ⁊ eccl̄ia erecta fuit qḋ nūc vſq̧ maxia cū veneratiōe pſeuerat. Vexillū q̄ꝫ eiꝰ apō germanicā natiōꝫ bamberge maxia cū ſolēnitate oñdiť. Eiꝰ natale die. ix. kal. maij ab oibꝰ xp̄icol̄ celebrať

Eraſmus

ERaſmꝰ campanꝰ ep̄s vir illuſtriſſimꝰ atq̧ ſctiſſimꝰ. cū decretū in antiochia a diocleciano ꝓceſſiſſet. vt quicūq̧ nō ſacrificaret ydolis diuerſis ſupplicijs interiret. hec audiēs Eraſmꝰ in heremo p ſeptē ānos habitauit. orōi ⁊ cōtemplatiōi vacās. cui dn̄s eſcā p coruū miſtrabat veniēs voce angelica p̄muſſa ad ciuitatē mltos a demōibꝰ liberauit. ⁊ plures docēdo ad xp̄m ꝯuertit. Dioclecianꝰ hꝫ auditꝫ ſibi cū p̄ntari iuſſit. p̄mo plūbatis ⁊ fuſtibꝰ grauiter macerať ⁊ dilaniať. Deiñ reſina ſulphure pice oleoq̧ pfundiť. nec miniē lediť. quo miracl̄o multi cōpūcti ydol̄ abrenūciātes xp̄iani effecti ſūt. Poſtea miſſus in carcerem artiſſimuꝫ cū imēſo ferri pōdere. a quo angelꝰ dn̄i eū paulopoſt eduxit. Sed cū hec vulgareť miracl̄a a Maximiano imꝑatore detineť: ⁊ ī ſartaginē plūbo pice reſina ignitā īmergi p̄cepit. illeſus tn̄ māſit cuſtodie mācipatꝰ. Angelꝰ eū nocte ad littꝰ maris pduxit. vbi diuīa ꝓuiſiōe ī formianā ciuitatē campanie nauicula ꝑuenit. Tandeꝫ vidēs rutilātē coronā ſup eū illabi ait dn̄e ſuſcipe ſp̄m meū. et tercio nonas iunij ſancto fine q̄euit. diciť corpꝰ eiꝰ Caiete q̄eſcere vbi caput eiꝰ oſtenditur.

Coſmas ⁊ Damianꝰ

Criſtoferus

CRiſtoferꝰ martir ꝓcere ſtature icōꝑabil̄ magnitudinis ⁊ v̄tutis vir p hoc tp̄s in ſamoꝛ ciuitate licie ꝓuīcia aſie pro xp̄o mortē ptulit. Primo v̄gīs ferreis attritꝰ. flāmiſq̧ exuſtꝰ fuit: ſed cū diuīa virtute ſaluatus eſt. Ad vltimū ſagittar̄ ictibꝰ cōfoſſus martiriū tandem. 8. kal. auguſti capitis obtrūcatione cōpleuit ferūt hūc cū hoīes p flumen deferret ihesum puerū in humeris ſuis portaſſe.

COſmas ⁊ Damnianꝰ xp̄ianiſſimi viri ac medici celeberrimi apō Egrā ciuitatē cōprehenſi. hoc tp̄e pꝰ vincula ⁊ carceres. pꝰ maris dimerſiōꝫ atq̧ ignes lapidatiōꝫ ac ſagittas. diuinitꝰ ſuperatas capite plexi ſūt. Martirizati ſunt aūt beati Coſmas ⁊ Damianus Antimꝰ Leotius ⁊ Euprepius. 5. kal. octobris.

Methodius

Gorgonius

MEthodius primū Olympiade ⁊ poſtea Tyri ciuitatum epiſcopꝰ. his tp̄ibus ī calchide ciuitate q̄ nigropontū appellať (vt diuꝰ ſcribit hiero) martirio coronať. Qui cū eruditiſſimꝰ eſſet vir mlta edidit documēta. Et p̄ſerti de mūdi creatōe eideꝫ ī carcere reuelata. paſſus aūt fuit. 14. kal. octobris. Fuit aūt nitidi cōpoſitiq̧ ſermōis aduerſus porphiriū ꝯfecit libros et ſimpoſium decem virginum.

GOrgoniꝰ romanꝰ miles. cū his tp̄ibus apō Nicomediā exiſteret. et Diocleciani perſecutiōꝫ quā maxie xp̄ianis inferebat plurimū deteſtareť. ab ipſo imꝑatore captꝰ. iuſſus ē ſuſpēdi ⁊ laniari ⁊ ſb̄ craticula crudeliſſime aſſari. ſed aduc ſuꝑuiuente. 5. idꝰ ſeptēbris laqueo fecit eū necari. inde corpus eius rome via latina ſepultū eſt.

Marcus ⁊ Marcellianꝰ

Maximus ⁊ Cladius

MArcꝰ ⁊ Marcellianꝰ germani ⁊ ciues romāi ſb̄ hac perſecutiōis rabie a quodā fabiano duce cōp̄rehēſi ſtati ad ſtipitē ligati. in cor̄ pedibꝰ acutos ſudes ifigi p̄cepit Sꝫ cū nō ceſſarēt laudare nomē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i lācea trāſfigi mādauit. quo vulnere. 14. kal. iulij ad celos migrūt

MAximꝰ q̄daꝫ ⁊ Cladius viri clariſſimi p hoc ipſuꝫ tp̄s cū predigna vxore primi ⁊ duobꝰ filijs ī vrbe hoſtia a ſatellitibꝰ Diocleciani tenti in exiliū deportanť Et. xij. kal. marcij incendio cōcremanť. ac ſic eo icendio martirij ſacrificium deo obtulerunt.